



848

PER **148**





16
/ 6

ZUS





TER

157
Pa 148
P48

Ceremoniën

BIJ DE
INKLEEDING
en
BIJ DE
H. PROFESSIE
voor de
ZUSTERS PENITENTEN RECOLLECTINEN
van de Onbevleete Ontvangenis
VAN DE
CONGREGATIE
VAN

Roosendaal.



2129
3012

St. Michiels-Vereeniging
Roosendaal
Vereeniging der Bisschop
Vereeniging der Bisschop

ST. MICHIELS-GESTEL,
TER SNELPERSDRUKKERIJ VAN HET BISDOM VAN 'S BOSCH,
IN HET INSTITUUT VOOR DOOFSTOMMEN.

1883.

*Gezien en goedgekeurd door Ons, Bisschop
van Breda, den 6 Juli 1883.*

(get.) † H. van BEEK.

§. 1.

CEREMONIËN

BIJ DE

INKLEEDING.



De plechtigheid der Inkleeding wordt verricht door den Bisschop of door zijn gedelegeerde. Als de Bisschop de plechtigheid verricht, worden er vier kaursen op het Altaar ontstoken, en anders twee.

Als alles gereed is, zullen de Postulanten met een kruisbeeld in de hand aan de deur van de sacristie neerknielen. De Kerkoverste die haar zal inkleeden of zijn gedelegeerde zal haar afhalen, met wijwater besproeien en naar de bestemde plaats geleiden, onder het lezen van de Antiphoon: Veni Sponsa Christi, welke door het koor gezongen wordt.

Als allen op hare plaats zijn, begint de Bisschop of priester, op den trap van het altaar geknield, de Litanie van alle Heiligen der Orde, als volgt:

Kyrie eleïson.
Christe eleïson.
Kyrie eleïson.

Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Pater de cœlis Deus,
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus sancte Deus,
Sancta Trinitas unus Deus,

} miserere nobis.

Sancta Maria,
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Sancte Michaël,
Sancte Gabriël,
Sancte Raphaël,

} ora pro eis (eâ).

Omnes sancti Angeli et Archangeli,
Omnes sancti beatorum Spirituum
Ordines,

} orate pro eis
(eâ).

Sancte Joannes Baptista,
Sancte Joseph,

} ora pro eis (eâ).

Omnes sancti Patriarchæ et Prophetæ, orate pro
(eis) eâ.

Sancte Petre,
Sancte Paule,
Sancte Andréa,
Sancte Jacobe,
Sancte Joannes,
Sancte Thoma,
Sancte Jacobe,
Sancte Philippe,
Sancte Bartholomæe,
Sancte Matthæe,
Sancte Simon,
Sancte Thaddæe,
Sancte Mathia,
Sancte Barnaba,
Sancte Luca,

} ora pro eis (eâ).

Sancte Marce , ora pro eis (eâ).

Omnes sancti Apostoli et Evangelistæ ,
Omnes sancti Discipuli Domini ,
Omnes sancti Innocentes ,

} orate pro
eis (eâ).

Sancte Stephane ,
Sancte Laurenti ,
Sancte Vincenti ,

} ora pro eis (eâ).

Sancti Fabiane et Sebastiane ,
Sancti Joannes et Paule ,
Sancti Cosma et Damiane ,
Sancti Gervasi et Protasi ,

} orate pro eis (eâ).

Sancte Bernarde ,
Sancte Petre ,
Sancte Accursi ,
Sancte Adjute ,
Sancte Otto ,
Sancte Daniël ,
Sancte Angele ,
Sancte Samuël ,
Sancte Donule ,
Sancte Leo ,
Sancte Hugoline ,
Sancte Nicolae ,

} ora pro eis (eâ).

Omnes sancti Martyres , orate pro eis (eâ).

Sancte Silvester ,
Sancte Gregori ,
Sancte Ambrosi ,
Sancte Augustine ,
Sancte Hieronyme ,
Sancte Bonaventura ,
Sancte Martine ,
Sancte Nicolae ,
Sancte Ludovice ,
Sancte Benevenute ,

} ora pro eis (eâ).

Omnes sancti Pontifices et
Confessores,

Omnes sancti Doctores,

Sancte Antoni,

Sancte Benedicte,

Sancte Bernarde,

Sancte Dominice,

Sancte P. N. Francisce,

Sancte Antoni de Padua,

Sancte Bernardine,

Sancte Petre de Alcantara,

Sancte Joannes de Capistrano,

Sancte Didace,

Sancte Paschalis,

Sancte Ludovice,

Sancte Ivo,

Sancte Elzeari,

Sancte Roche,

Sancte Conrarde,

Omnes sancti Sacerdotes et Levitæ,

Omnes sancti Monachi et Eremitæ,

Sancta Maria Magdalena,

Sancta Agatha,

Sancta Lucia,

Sancta Agnes,

Sancta Cæcilia,

Sancta Catharina,

Sancta Clara,

Sancta Rosa de Viterbio,

Sancta Anastasia,

Sancta Elisabeth Hungariæ,

Sancta Elisabeth Portugalliæ,

Sancta Margarita de Cortona,

Omnes sanctæ Virgines et Viduæ, orate pro eis (eâ).

} orate pro eis (eâ).

} ora pro eis (eâ).

} orate pro
eis (eâ).

} ora pro eis (eâ).

Omnes Sancti et Sanctæ trium Ordinum S. P. N.

Francisci, orate pro eis (eâ).

Propitius esto, parce nobis, Domine.

Propitius esto, exaudi nos, Domine.

Ab omni immunditia mentis et corporis,

Ab omni peccato,

A damnatione perpetua,

Ab omni malo,

Per Mysterium sanctæ Incarnationis tuæ,

Per Mysterium Passionis, Resurrectionis et

Ascensionis tuæ,

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Ut pacem et tranquillitatem cordis nobis donare digneris,

Ut has famulas (hanc famulam) in vera castitate perseverare facias,

Ut eis (ei) virtutem veræ humilitatis et obedientiæ donare digneris,

Ut eas (eam) in tuo servitio perseverare facias,

Ut eis (ei) augmentum Fidei, Spei et Charitatis donare digneris,

Ut omnibus Fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Kyrie eleïson.

Christe eleïson.

Kyrie eleïson.

Pater noster, etc.

libera eas (eam)
Domine.

Te rogamus audi nos.

- Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos a malo.
Ÿ. Salvas fac ancillas tuas, Domine.
R. Deus meus sperantes in Te.
Ÿ. Mitte eis, Domine, auxilium de Sancto.
R. Et de Sion tuere eas.
Ÿ. Nihil proficiat inimicus in eis.
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
Ÿ. Esto eis, Domine, turris fortitudinis.
R. A facie inimici.
Ÿ. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad Te veniat.
Ÿ. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui per coæternum Tibi Filium cuncta creasti, quique hunc mundum peccatis inveteratum, per mysterium Incarnationis ejus renovare dignatus es, Te supplices exoramus, ut ejusdem Filii tui D. N. J. C. clementiâ super has famulas tuas (hanc famulam tuam) respicere digneris; quatenus spiritu mentis suæ renovatæ (renovata) veterem hominem cum actibus suis exuant (exuat), et novum, qui secundum Deum creatus est, induere mereantur (mereatur). Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Hierna vraagt de Priester:

Wat begeert gij, Beminde Zusters?

Zij antwoorden:

Eerwaarde Vader, ik bid U om de liefde van onzen Verlosser JESUS CHRISTUS, van zijne heilige Moeder, de Maagd MARIA, van onzen heiligen Vader Franciscus en van alle Heiligen des hemels, dat

Gij mij wilt verleenēn het proefkleed van de heilige Religie, om penitentie te doen en mijn wereldsch leven te beteren.

Deze bede geëindigd zijnde, wijst de Priester aan iedere Novice haren Patroonheilige aan, en zegt:

Na eene korte toespraak zal aan uw verzoek vol-
daan worden.

*Zoodra deze toespraak, onder welke allen gaan zitten, geëin-
digd is, gaat de Priester naar den Epistelkant om de kleede-
ren, enz. te wijden. Dit alles zal gerangschikt liggen op een
met een wit kleed overdekt tafeltje, waarop een kruisbeeld ge-
plaatst is met een brandende kaars, alsmede gewijd water.*

BENEDICTIO HABITUS.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit cælum et terram.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℞. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad Te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine JESU CHRISTE, qui tegumen nostræ mortalitatis induere dignatus es, quique glorioso confessori tuo beatissimo P. N. Francisco, ut tres Ordines institueret, salubriter inspirasti, ac operis tui Vicarios summos Ecclesiæ tuæ Pontifices ipsos approbare fecisti: immensam clementiæ tuæ largitatem suppliciter exoramus, ut hæc indumenta, quæ ad pœnitentiæ, mortificationis et humilitatis juvenem, ac pro valida contra sæculum, carnem et dæ-

monem armatura instituta sunt, beneddicere digneris, ut hæc famula tua * ea devote recipiens, Te intrà se taliter induat, ut sicut honestam humilemque vitam indumenta ipsa prætendunt, sic etiam quolibet vitio, Te adjuvante subacto, veraciter corde, ore et opere vivere mereatur, ut a Te nullis tentationibus separetur. Qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. R. Amen.

BENEDICTIO CINGULI.

OREMUS.

Omnipotens et misericors Deus, qui peccatoribus misericordiam tuam poscentibus thesauros pietatis tuæ per pœnitentiam aperis; Majestatem tuam suppliciter exoramus ut funem istum ** in tuæ passionis memoriale dispositum beneddicere digneris, ut famula tua, quæ in pœnitentiæ signum eo præcingitur, benedictionis tuæ largitatem misericorditer consequatur. Qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. R. Amen.

BENEDICTIO VELAMINIS.

OREMUS.

Caput omnium fidelium Deus, et totius corporis Ecclesiæ Salvator, hoc operimentum velaminis, quod famula tua propter tuum tuæque Beatissimæ Genitricis semper Virginis amorem suo capiti est impositura, dexterâ tuâ sanctifica, ut hoc, quod per illud datur intelligi, tuâ pietate, corpore pariter et animo incontaminato semper custodiat, ut, quandò

* Si plures sunt, Sacerdos utatur numero plurali; quod et deinceps observandum.

** Si plura sunt objecta, Sacerdos utatur numero plurali.

ad sanctorum remunerationem perpetuam, cum prudentibus et ipsa virginibus præparata advenerit, Te perducente, ad sempiternæ felicitatis nuptias introire mereatur. Qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. R. Amen.

BENEDICTIO ROSARII.

OREMUS.

Omnipotens et misericors Deus, qui propter nos Filium tuum unigenitum Dominum nostrum **JESUM CHRISTUM** de cælis in terram descendere et de Beatissimæ Virginis **MARIÆ** utero, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli; obsecramus immensam clementiam tuam, ut hæc signa psalterii in honorem et laudem ejusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesiâ tuâ fideliter dicata benedicās et sanctifices, eisque sanctam infundas virtutem Spiritus sancti, ut quæcumque horum quodlibet secum portaverit, atque in domo sua reverenter habuerit, sanctâ abundet devotione, et ab omni hoste visibili et invisibili semper et ubique in sæculo liberetur, et in exitu suo a Beatissimâ semper Virgine **MARIA** tibi plena bonis operibus præsentari mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

BENEDICTIO CORONÆ.

OREMUS.

Deus, qui fideliter certantibus, et usque ad mortem perseverantibus coronam gloriæ promittere dignatus es; dexteram tuæ benedictionis super hanc coronam propitius extende, et concede famulæ tuæ,

sic suæ vitæ cursum consummare, suæque inchoationis et professionis fidem servare, ut gloriæ et honoris coronam de lapide pretioso in capite recipere mereatur, per Te, JESU CHRISTE, Rex gloriæ, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

ORATIONIBUS FINITIS, SACERDOS ASPERGIT CUNCTA OBJECTA AQUA BENEDICTA.

Na de zegening van het habijt, enz. keert de Priester naar het Altaar terug. Zoodra de Priester gezeten is, komen de Postulanten een voor een op den trap van het Altaar nederknielen. Als er meer dan drie Postulanten zijn, plaatst de Priester zich voor de Communiebank.

De Overste en de Novicenmeesteres zijn den Priester bij de Inkleeding behulpzaam.

Onder het afleggen van kroon, sluier en andere sieraden, bidt de Priester:

Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis; et induat te novum, qui secundum Deum creatus est. R. Amen.

AD IMPOSITIONEM HABITUS, DICIT SACERDOS:

Induat te Dominus indumento salutis, et vestimento justitiæ circumdet te semper. R. Amen.

Surgens dicit:

ŷ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine JESU CHRISTE, qui dixisti: jugum meum suave est, et onus meum leve; præsta, quæsumus, ut famula tua sic illud portare valeat in perpetuum totaliter, ut, intercedente B. P. N. Francisco, possit

consequi tuam gratiam in præsentī, et gloriam in futuro. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

AD IMPOSITIONEM CINGULI.

Præcingat te Dominus, charissima Soror, cingulo Ordinis hujus, ad invocationem Sanctissimi Nominis sui, et B. P. N. Francisci, quo possis recordari vinculorum passionis Domini nostri JESU CHRISTI et servire ad opera pœnitentiæ et charitatis.

AD IMPOSITIONEM VELAMINIS.

Accipe velum sacrum, quo cognoscaris mundum contempsisse et te Christo Sponso Virginum subdidisse. R. Amen.

Surgens dicit :

OREMUS.

Deus indulgentiæ Pater, qui severitatem tuæ distractionis temperans indulxisti, ne filius portet iniquitatem patris, et qui mira dispensatione etiam malis benè utens, tuæ dignationis gratiam per eos frequenter operaris, quæsumus clementiam tuam ut huic famulæ tuæ non obsistat, quod velum sanctæ Religionis et vanitatis hujus sæculi abrenuntiationis per nos tantos et tales indignos suscipiat, sed mysterium quod per nos exhibetur, interius et exterius per donum Spiritus exequaris. Per Dominum nostrum J. C. — R. Amen.

AD TRADITIONEM ROSARII.

Accipe hoc psalterii genus, seu horarias preces in signum devotionis et contemplationis, ut discas terrena despiciere, et amare cœlestia.

AD TRADITIONEM REGULÆ.

Accipe regulam, quam tibi servandam tradimus: quod si ejus præcepta servaveris, ipsa custodient te, et addet Dominus vitæ benedictionem.

AD IMPOSITIONEM CORONÆ.

Accipe signaculum cœlestis coronæ, tibi pro fidei certamine a Sponso tuo Christo tandem elargiendæ. In nomine Patris ✠ etc.

AD TRADITIONEM CANDELÆ ARDENTIS.

Accipe, Soror, lumen in manibus tuis, ut hoc signo discas opera tenebrarum fugere, et per hunc novum vivendi modum lucis exempla sectari.

R. Amen.

Zoodra de nieuwgekleede de kaars gekust en ontvangen heeft, gaat zij naar hare plaats terug, en komt de volgende op den trap van het Altaar nederknielen.

Onder het inkleeden der Novicen zal door de Zangeressen een Lofzang of Antiphoon gezongen worden.

Als allen naar hare plaats zijn teruggekeerd, leest de Priester staande het volgende gebed:

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Majestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus, ut famulas tuas sorores nostras, quibus de tua gratiâ præsumentes, hujus Ordinis vestem imposuimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, justitiæ lorica munire, et salutis protegere vestimento, ut, intercedente B. Francisco confessore tuo, sub humilitatis veste tibi perseveranter deser-

vientes, ad stolam immortalitatis et gloriæ mereantur pervenire. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Hierna wordt het Veni Creator gelezen of gezongen, met de Versen en Collecten, zooals die voorkomen in de volgende §. op het einde der H. Professie.

§. 2.

CEREMONIËN

BIJ DE

H. PROFESSIE.

Op het versierde Altaar worden zes kaarsen ontstoken. Bij het intreden van den Bisschop, zingt men den 115ⁿ Ps. Credidi.

De Bruiden zijn op de Communiebank geplaatst.

De Bisschop vraagt haar :

Beminde Zusters, wat verlangt gij ?

Zij antwoorden :

Hoogwaardigste Vader, ik bid U om de liefde van onzen Verlosser JESUS CHRISTUS, van zijne glorieuse Moeder, de H. Maagd MARIA, van onzen H. Vader Franciscus en van alle Heiligen des hemels, dat het U believe mij, om de liefde van God, te ont-

vangen tot de Professie van de heilige Religie, om mijne ziel zalig te maken in dit heilig gezelschap.

De Bisschop :

Na eene korte toespraak zal aan uw verzoek voldaan worden.

De Bruiden gaan zitten.

De toespraak geëindigd zijnde, worden de kleederen gewijd als volgt :

BENEDICTIO SCAPULARIS.

☿. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qui fecit cœlum et terram.

☿. Sit nomen Domini benedictum.

℞. Ex hoc nunc, et usque in sæculum.

☿. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad Te veniat.

☿. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui ex abundantia tuæ pietatis et gratiæ revelare dignatus es humilibus jugum tuum suave et onus tuum leve; benedic, quæso, hoc genus vestimenti, et præstare digneris ei, quæ eo uti desiderat, ut a Te mereatur discere mitis esse et humilis corde, sicque in hac vita requiem animæ suæ inveniens, in cœlesti patria revelatâ facie Te vidêre mereatur, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℞. Amen.

BENEDICTIO CINGULI.

OREMUS.

Deus qui, ut servum absolveres, Filium ligari

funibus voluisti; bene~~x~~dic, quæsumus, funem istum, ut famula tua, quæ eo velut ligamine sui corporis cingetur, vinculorum ejusdem Filii tui Domini nostri JESU CHRISTI memor existat, et in Ordine, quem assumit, salubriter perseveret, et tuis cum effectu semper obsequiis se alligatam esse cognoscat. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

BENEDICTIO VELAMINIS.

OREMUS.

Caput omnium fidelium Deus, et totius corporis Ecclesiæ Salvator, hoc operimentum velaminis, quod famula tua propter tuum tuæque Beatissimæ Genitricis semper Virginis amorem, suo capiti est impositura, dextera tua sancti~~x~~fica, ut hoc quod per illud datur intelligi tua pietate corpore pariter et animo incontaminato semper custodiat, ut, quando ad sanctorum remunerationem perpetuam, cum prudentibus et ipsa virginibus præparata advenerit, Te perducente, ad sempiternæ felicitatis nuptias introire mereatur. Qui vivis et regnas etc.

BENEDICTIO ANNULI.

OREMUS.

Creator et conservator humani generis, dator gratiæ spiritualis, et largitor humanæ salutis, Tu Domine, emitte bene~~x~~dictionem tuam super hunc anulum, ut quæ eum gestaverit, cœlesti virtute munita fidem integram fidelitatemque sinceram teneat sicut sponsa Christi, virginitatis propositum custodiat et in castitate perpetua perseveret. Per Christum etc.

BENEDICTIO CORONÆ.

OREMUS.

Deus, qui fideliter certantibus et usque ad mortem perseverantibus coronam gloriæ promittere dignatus es, dexteram tuæ benedictionis super hanc coronam propitius extende et concede famulæ tuæ sic suæ vitæ cursum consummare suæque professionis fidem servare, ut gloriæ, et honoris coronam de lapide pretioso in capite recipere mereatur per Te, Jesu Christe, Rex gloriæ, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis etc.

De wijding der kleederen geëindigd zijnde, gaat de Bisschop op het Altaar zitten. — De Bruiden komen een voor een voor Z. D. Hw. neerknielen om hare Beloften uit te spreken; de Algemeene Overste knielt naast de Bruid.

„In den Naam des Vaders, en des Zoons en des
„H. Geestes. Amen.

„Ik, Zuster Maria, beloof aan God
„almachtig, aan de gebenedijde Maagd Maria, aan
„onzen H. Vader Franciscus en aan alle Heiligen
„des hemels; voor U, Hoogwaardigste Vader en aan
„U, Eerwaardige Moeder, al de dagen mijns levens
„in *Gehoorzaamheid, Armoede en Zuiverheid* te zullen
„leven, volgens den Regel van Penitentie en volgens
„de goedgekeurde Constitutiën van deze Vergade-
„ring en volgens hunne verbintenissen. Ook zal ik
„het *Slot* bewaren, zooals het door onze Constitu-
„tiën is voorgeschreven. Amen.”

Na het uitspreken der Beloften zegt de Bisschop:

Indien gij deze beloften onderhoudt, beloof ik u

van Gods wege het eeuwige leven. In den naam des Vaders ✠ en des Zoons ✠ en des H. Geestes ✠.

De Bruid antwoordt: Amen.

Nu worden de Bruid schapulier, koord enz. aangedaan; onder het inkleeden van iedere Bruid zal eene strophe van de hymne Jesu corona Virginum gezongen worden.

AD IMPOSITIONEM SCAPULARIS, DICIT EPISCOPUS:

Accipe jugum Domini suave et leve: In nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus Sancti ✠. R. Amen.

Surgens dicit:

OREMUS.

Majestatem tuam, Domine, suppliciter exoramus, ut famulam tuam sororem nostram, quam de tua gratia præsumentes ad ordinem pœnitentiæ admisimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, justitiæ loricâ munire et salutis fovere vestimento, ut intercedente B. Francisco confessore tuo sub humilitatis veste Tibi perseveranter deserviens, ad stolam immortalitatis et gloriæ mereatur pervenire. R. Amen.

AD IMPOSITIONEM CINGULI.

Præcingat te Dominus puritatis et innocentiae cingulo, ut maneat in te virtus castitatis. R. Amen.

Surgens dicit:

OREMUS.

Deus, qui beato Petro Apostolo significans quâ morte clarificaturus esset Deum, prædixisti per alium in senectute ipsum fore cingendum: famulam

tuam sororem nostram cingulo nostræ fraternitatis præcinge, tui nominis metu constringe, et salutari chorda amoris tui cor ejus alliga, ut tua ei opitulante gratiâ soluta et liberata a mundo, tuoque vincata servitio in ordinis, quem assumit, observantia, usque in finem jugiter perseveret. Qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. R. Amen.

AD IMPOSITIONEM VELAMINIS.

Accipe, Virgo, velamen sacrum, quod perferas ante tribunal æterni Judicis, cui flectitur omne genu cœlestium, terrestrium, et infernorum, quo cognoscaris mundum contempsisse et te Christo Jesu veraciter humiliterque toto cordis annisu, sponsam perpetualiter subdidisse, qui te ab omni adversitate defendat et ad vitam perducatur æternam. R. Amen.

AD IMPOSITIONEM ANNULI.

Desponso te Jesu Christo Filio summi Patris, qui te illæsam custodiat. Accipe igitur anulum fidei, signaculum Spiritus Sancti, ut sponsa Dei voceris, et si ei fideliter servieris, in perpetuum coroneris. In nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus Sancti ✠. R. Amen.

AD IMPOSITIONEM CORONÆ.

Accipe signaculum cœlestis coronæ, tibi pro fidei certamine a Sponso tuo Christo tandem elargiendæ. In nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus Sancti ✠. R. Amen.

AD TRADITIONEM CANDELÆ.

Accipe, Soror, lumen in manibus tuis, ut scias te per Christum Dominum esse erutam a potestate tenebrarum et translata in regnum dilectionis, lucis et pacis. R. Amen.

De Bruid gaat naar hare plaats terug; de tweede Bruid nu dert en zoo achtereenvolgens.

Als allen naar hare plaats zijn teruggekeerd, zegt de Bisschop de volgende Versen en Gebeden.

Ÿ. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

R. A templo sancto tuo quod est in Jerusalem.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad Te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cujus misericordiæ non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus, piissimæ Majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens ad præmia futura disponas.

Domine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Patris nostri Francisci passionis tuæ sacra Stigmata renovasti; concede propitius, ut ejus meritis et precibus crucem jugiter feramus, et dignos fructus pœnitentiæ faciamus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Deus, qui hanc famulam tuam a sæculi vanitate conversam ad bravium supernæ vocationis accendis, cordi illius purificando illabere, et gratiam tuam

illi, quâ in Te perseveret, misericorditer infunde, ut protectionis tuæ munita præsiidiis, quod Te donante promisit, adimpleat, et vera professionis suæ secatrix effecta ad ea, quæ perseverantibus in Te promisisti, feliciter valeat pervenire. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Nu neemt de Bisschop het Crucifix, zegent iedere Bruid daarmede, zeggende:

Benedicat te divina Majestas, Pater et Filius ✠ et Spiritus Sanctus. R. Amen. *en laat haar de voeten van den gekruisten Christus kussen.*

Aan het altaar teruggekeerd haalt de Bisschop het Veni Creator op.

Veni Creator Spiritus
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere,
Digitus Paternæ dexteræ,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus:
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus:
Ductore sic te prævio,
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atque Filium,
Teque utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui a mortuis
Surrexit, ac Paraclito,
In sæculorum sæcula. Amen.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, et per omne sæculum.

*Extra Temp.
Pasch.*

- Ÿ. Emitte Spiritum tuum et creabuntur.
R. Et renovabis faciem terræ.
Ÿ. In conceptione tua Virgo immaculata fuisti.
R. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.
Ÿ. Signasti, Domine, servum tuum Franciscum.
R. Signis redemptionis nostræ.
Ÿ. Ora pro nobis, B. Elisabeth.
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Deus, qui per immaculatam Virginis conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti: quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filii tui prævisâ, eam ab omni labe præservasti, nos quoque mundos ejus intercessionem ad Te pervenire concedas.

Domine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne B. P. N. Francisci passionis tuæ sacra Stigmata

954926

renovasti, concede propitius, ut ejus meritis et precibus crucem jugiter feramus, et dignos pœnitentiæ fructus faciamus.

Tuorum corda fidelium Deus miserator illustra: et beatæ Elisabeth precibus gloriosis fac nos prospera mundi despiciere, et cœlesti semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Het H. Sacrament wordt uitgesteld, het Tantum ergo gezongen en de zegen met het Allerheiligste gegeven.

Volgt de 2de toespraak en daarna de Bisschoppelijke zegen, waarmede de plechtigheid besloten wordt.

De Zusters bidden koorsgewijze het Te Deum laudamus en Laudate Dominum, zonder meerdere gebeden.



re-
lie

ra :
era
au-
en.

ge-

en ,

en

